

I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
XIII
XIV
XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX

- I. Epigramm Oculi Sacrae.
- II. Processio Jesu Christi Hochstätt.
- III. In vestras Pauli Spingell.
- IV. In Natalum Christi. Praloz.
- V. De Cruce Ulyssis M. Christophori Casaris.
- VI. De Vidua Sacerdotum Jeremie Clerici.
- VII. De Angelis Eilenbergii. Graecis et Latine.
- VIII. Hymnus in D. Lucam Evangelium Reffneri.
- IX. Historia de Joanne Bapt. et Dominici.
- X. Opera Boetii Auctoris Graecum.
- XI. Amores Tubmanni. *Rep. 32*
- XII. Tragedia Hermannii Plaffii.
- XIII. Carmen Monumentum post unguentum la-
tilis Graecis et Latine.
- XIV. Carmen Adulatorium ad Scholasticam
Juris utriusque Hildesheim.
- XV. Cantum Proenium Monachum dearmum.
- XVI. Eisdem Saturnalis Menianus. Hildesheim.
- XVII. Eisdem Apologia p. Calendis Jutialis.
- XVIII. Tragedia de 4. Monarchia Mundi.
- XIX. In Epodium Vita, Joachimi Marconius
Brandenburgii D. Hildesheim.
- XX. In Natalum Rudolphi Principis Anhaltini.
- XXI. Nova Vita Rudolphi, Henrico Ju-
lio D. Brunsvicensis scripta.
- XXII. Elegia Henrici Episcopi Mauritio Land-
graevio. Hesse scripta.
- XXIII. Eisdem Gratulatio Frederico Ele-
ctori Palatino et Johanni Georgio
Principi Anhaltino.

- XXIV. Epita Foppii ab Aeterna ad Johannem
Georgium Principem Anhaltinum.
- XXV. Carmen Gratulatorium Geseo de Reclio
Christiani Principis Anhaltini ad hoc.
- XXVI. Panegyricus in obitu Martini brygo.
- XXVII. Epica Jelis Pshyü.
- XXVIII. Foppii ab Aeterna in Calendar Janu-
arias ad Distalmerium.
- XXIX. Encomium Blazii.
- XXX. In honorem Anargi Fridenici Baronis,
Reclio Electi.
- XXXI. Comitum Julatna Reffnero concessa.
- XXXII. Gratulatio ad M. Streignidium, am-
muni Superintendentis et Inspectoris.
- XXXIII. Carmen de Miraculis Mathematicis.
- XXXIV. Honoris Magisterii Isaaci Gregorij.
Philippi Filderi.
- XXXV. In lauream Poeticam M. Foyleri.
- XXXVI. Propemptica Melchiori à Winteru.
Mart. o Polycarpo.
Guzado Brande.
Samueli Pruffio.
- XXXVII.
- XXXVIII. Conjugio Francisci Hildensami Medic. D.
Christophori Frieri.
Wolfgangi Aulingeri J. V. D.
Augustini Gulli Patrisi Haldenici.
M. Joan. Specneri.
- XXXIX. Poemata Julagastiana M. Christ. Casaris.
- XL. Conjugio Davidis Havestii Pastoris.
- XLI. Famis Rockstedij Typographo Haldenici.
Friderici Clossi J. V. D.

V. 1. Kollmann

- I. Conjugio Petri Weyenberis.
 LI. Pauli Syringae F. v. P.
 LII. Augustini Crispi Patricii Halensis
 LIII. Eisdem.
 LIV. Eisdem.
 LV. Bernardi Confini F. v. D.
 LVI. M. Joannis Fustari.
 LVII. Joachimi Schoberi.
 LVIII. M. Isaaci Gregorii.
 LIX. Felici Thurni.
 LX. Canonis Moricenti Francisci Hübneri.
 LXI. Simonis de Lethero Rictini.
 LXII. Epitaphia uirum celeberrimorum Pau-
 talemis Canditi.
 LXIII. In obitum Frederici Guilelmi Ducis Saxon.
 LXIV. Lamberti Distelmieri Cantuarii.
 LXV. Laurentii Leolucii Solda Gortliu-
 ra Magistri.
 LXVI. Lucae Maji Pastoris Cassellani.
 LXVII. Stephani Strouii Studiosi.
 LXVIII. Felici M. Christoph. Casarii.
 LXIX. Consolatoria ad M. Christoph. Casarium
 de obitu filij.
 LXX. Eisdem.
 LXXI. Frederici à Weijse.
 LXXII. Laurentij Creleri.
 LXXIII. Joh. Marii.
 LXXIII. Joachimi Marii Feter.
 LXXIV. Henrici Camerarii F. v. B.



IESV CHRISTI
DEI ET MARIAE
FILII

Genethlia

2. decantata

81
26/3

IOHANNE GEORGIO HOCHSTATERO,
Kittingensi Franc. Poeta Laureato.



WITEBERGAE,

Typis M. Iohannis Cratonis.

ANNO D. MC.



||

177





Illustribus ac Generosis

D. D. CASPARO MAGNO,
D. D. CAROLO RICHARDO,

Fratribus Germanis, à Minckuuitz, Liberis Baroni-
bus in Minckuuitzburg & Dreauu &c.

S. D.

MINCKUUITII fratres, clarorum biga Baronum,
Atq; decens vestra spes columenq; domi,
Apta recens-nato cunabula pandite Christo,
Et date letitiæ publica signa novæ,
Venturo Cordis clausas aperite fenestras,
Ut locus hospite sit dignus, & ille loco.
Felix, qui tantâ lallat cum prole; profectò
Olim cœlesti voce disertus erit.

Generositat. VV.

Subiectiss.

Iohannes Georgius Hochstaterus

Kittingens. Fr. Poeta Laureatus.

IESV CHRISTI GENETHLIA.



Acra canam, sacris aureis adhibete vacivas,
Et sacro mecum plaudite corde DEO,
Qui nostri causâ cælo demisit ab alto
Filiolum, vt lapsis panderet ille manûs,
Quos Phlegetontæus cœlesti averterat aulâ
Strictosq; hostili duxerat ore, leo.

Ergò agite, & mecum Iuvenes, præsepia Christi
Visite: uestra Deo cura placere solet.

Non phaleras, non argutos sectabimur orsûs
Omne sed ex dio flumine surget opus.

Nam quæ mundanis prostat Sapiencia rebus
Non sapit æterno deperitura DEO.

Incipiam; Fracti tot jam labentibus annis

Mortales omnes consilii indigi erant,

Nec quisquam potuit non-eluctabile fatum

Flectere, & amissum ferre, referre decus.

Tum DEVS ex alto casûs miseratus acerbos

Sideream in sedem concilium ipse vocat,

Atq; ibi prospectat populos subiectaq; regna,

Quæ passim inculto tum iacuere situ.

Nam fallax animis stetit hæc sententia multis,

Vt colerent alios, non sine labe DEOS.

Illic divini regimen sordescere verbi

Cepit, & in ritûs cuncta abiere novos.

Magnam etiam partem Sathanas delusit, & alto

Finxit inexhaustos more vel ore dolos.

Viderat æternus rerum servator & autor
Diruta præcepti sensa sacrata sui,
Viderat, & paucis: quænam sententia nobis
Versa retrò potuit sine carere suo?
Fulgeat hæc tandem miseris Mortalibus hora,
Quam toties votis expetiêre suis,
Quâ meus in sumtâ natus se carne revelet,
Et levet adventû tristia damna suo.
Assensere omnes, nutûq; dedere sequaci
Induperatori congrua vota pio.
Tum Genitor Celerem stellatâ in veste ministrum
Convocat, & taleis iactat ab ore sonos:
Vade age, & hæc castæ defer mandata puellæ,
Quæ de Davidico stemmate nata cluet,
Hanc mihi delegi cunctis ex millibus unam,
Quæ castum in casto corpore portet onus,
Illius ex alvo Mundi sperata voluptas
Surget, & immundis intemerata salus.

Paruit imperio, & pedibus talaria neclens
Per liquidum velox aëra findit iter,
Atq; ubi ad optati suprema cacumina tecti
Venerat, oppositam mox pede verrit humum,
Et cum iam Ambrosiæ diffuderat omnia odore,
Ore loqui taleis apparat ille sonosi
Salve, inquit, salve Virgo, virgo optima salve,
Quam beat æterno gratia di va bono,
Te pater omnipotens magno complectitur æstû,
Tute in femineo sanguine digna cani.

Obstupuit,

Obstupuit, subitâ confusa ab imagine Virgo,
Hæsit & obtutu immobilis illa suo.
Non secus, ac si quis tenebrôsâ nocte Phalangem
Ocyûs insolito conspicit ire loco,
Ac pavidus fugit, & pede quærit fortè salutem,
Donec de totâ re benè doctus eat.

Ast Ales taleis iactantem pectora curas
Mulcet, inoffensâ cordaq; voce levat:
Mitte precor mœstum, dixit, iam mitte timorem,
Diva tibi plenâ Gratia luce micat,
Non-delibato paries, ô Virgo pudore,
Qui dulci IESU nomine dictus erit.
Magnus erit, magni soboles generosa parentis
Qui simul in manibus, quicquid habemus, habet.
Celsus & excelsus divûm pater atq; hominum rex
Illum Davidicâ sede sedere dabit;
Nec metas illi rerum, nec tempora ponet,
Et dabit Imperium, sed sine fine dabit
Aliger hæc; Virgo contrâ dehinc talia fatur:
Hoc ipsum fieri QUA RATIONE potest?
Hactenus attactus non sensi casta virileis,
Nulla pudicitie vincula fracta mea,
Et tu me narras parituram, & quod magis, illum
Qui sit supremi FILIVS IPSE DEI?
Sic effata prior, sic contrâ dixerat Ales:
Nè metuas veri conscia Virgo boni,
Spiritus ex alto veniens aget ordine miro,
Quodcumq; in casto corpore crescet onus,

Et VIRTUTE DEI tibi viscera plena tumescant,
Ut sit, quem parias, filius ipse DEI.
Neve hac vana putes dictis exterrita nostris,
Signa tibi sterilis Elisabetha dabit,
Illa gravi iam pressa ævo sobolem gerit alvo,
Cui fecunda tamen dona negabat homo.
Usq̄ adeo est superis non insuperabile quicquam,
Nec poterunt summi verba perire DEI.
His dictis collecta animos, ad sidera vultus
Tollit, & appositos Virgo dat ore sonos:
Sum Domini: sum serua DEI: quodcumq̄ Tonantis
Iussa ferunt, supplex mente lubente feram,
VICIT CLARA FIDES, AT QVE OBSEQUIOSA VOLUNTAS,
QUOD VINCI NULLA CVM RATIONE POTEST.
Hoc Corpus (monstrat Corpus) tibi Christe patefcant,
Quandocumq̄ velis Christe venire, veni.
Sic ait; ast tennes evanuit Ales in auras,
Et levibus ventis par, sine mole, fuit.
Tunc sensus experta DEI Regina fideleis
Clausit inoblito taliacumq̄ sinu.

Tandem fatales complerant debita Soles
Tempora, queis miseris surgeret orta salus,
Prodit virgineâ MVNDI SALVATOR ab alvo,
Sed tamen in tenui prodiit ille casâ.
Sic quem fas fuerat regali vivere luxu,
Vix humili tutum stramine tegmen habet.
Ad cuius properare decet præsepia cunctos,
Huius ad occurfus vnus & alter erat.

O mise.

O miserum: ô cæcum, ô delendum morte popellum,
O Saxosa truci pectora digna malo!
Non te pœniteat longinquas currere in oras,
Vt capias huius semina prima boni;
Ast cùm iam dextram præsens tibi spondet opimam,
Aufugis, & dextram subtrahis ipse tuam.

Non alio nobis hodiè res ordine vergit,
Penè sed in casu deteriore fluit.
Maxima pars mundi ferro meditatur & ignis
E medio cunctos tollere Christicolas,
Heic Mahometigenæ lunatis ardua peltis
Bella ferunt nostris (res miseranda?) locis.
Illic Papa ferox, Idoli cultor & ultor,
Iurgia in hunc nostrum spargit acerba gregem,
Adde, quòd ingentem minitatur Iberia stragem,
Teutona dum felix impete regna quatit.
Rursus sincerum vexant mala schismata cultum,
Vt vera in dubium penè sit acta fides.
Hic ait, ille negat, negat hic, ait ille, nec vllus
Iurat in alterius relligione mori.
Tanta capit multas hodiè dementia Mentis,
Ipsius vt ducant verba negare Dei.
Quin etiam hæc rabies multorum in pectore crescit,
Gloriam vt ore negent, ô homodiue, tuam.

Sed nos Christe tuo, quod fas, pro nomine stantes
Asserimus, regno subdita cuncta tuo,
Et quòd mirando coniunctum glutine portet
Carni, diuinæ conditionis opus,

Quòd

Quodq; hic, personā qui cepit nexus in vna,
In nullo nexus desinat esse die.

Sic ubicunq; λόγος divinos exserit actūs,
In cum & subsumtā carne potenter agit,
Ut iam vivifico Christi-CARO plena vigore
In cunctis præsens adsit agatq; locis,

² ἐν ἐκείνῳ
¹ πρὸς τὸν θεόν
² & δὲ τὸν θεόν.
Sic tamen, **VT NON SIT DEVS**, et si dia potestas
A summo est illi credita cuncta Deo.

Hinc cruce sub variā, & tristis formidine sortis,
Si quis mente rogat supplice, præbet opem,
Tutatur, firmat, sanat, medicatur, & ornat
Omnia membra, gregi non-aliena sacro,
Ac tandem exactæ post multa pericula vitæ
Ostendet supero firma theatra polo.

Sed cur, Virginei soboles lectissima sexūs
Nec minus æterni clara propago DEI,
Ante tuos prostrata pedes Ecclesia mæret?

**SI TE ILLI DEDERIS, OMNIA
CHRISTE DABIS.**

Non auro, non splendenti coretur amictu,
Sub verbi recubet tegmine tutatui,
Natorum natos & qui nascentur ab illis
Consimili salves vivifiesq; modo,
Ut tibi tunc, quoties lux ista propinquat, ab ortu.

Solis ad occasum laus geminata sonet,
Utq; omnis fuso fadeat tibi lingua precatū,

Atq; **SIBI PLECEAT, QUI TIBI CHRI-
STE PLACET.**

STRE.

STRENUA PRO CHRISTO MEO.

Hanc animam, hoc corpus strenam tibi spondeo Christe,
Nam tibi ME maius vix dare posse, vides.
Sordidulum est corpus: pravo Mens aestuat igne,
Igne utrunq; sacra vivificaq; tuo.
Da mihi Te rursus, namq; in te uno omnia habeo,
Unica tu miseris semita trita viris.

ECHO PRO CHRISTO MEO.

Dic mihi dic ECHO, quam nunc ego carmine laudo,
Annè etiam proles est generosa? ECHO, Rosa.
Quæ nos in tantum dejecit culpa pudorem
Ut Deus à nobis verteret ora? ECHO, Mora.
Ipsam penè mihi videor vidisse salutem
Talia dum licuit festa videre? ECHO, Merè.
Annè putas etiam deberi munera proli,
Quam nobis peperit uirgo polita? ECHO, Lita.
Gaudet, & ex imo puer isthic pectore gaudet,
Ut nobis operam quâ pote, navet? ECHO, Avet.
Ergò ducamus solemni tempora ritu,
Nostra dein semper res benè stabit? ECHO, Abit.

NOVUS ANNUS.

Anna nunc tandem decurrit meta;
Cælica luxerunt hoc anno verba;
Arma quieverunt Turcarum dira;
Teutona Iber validè concussit regna;
Corpora in hac terrâ caruerunt labe;
quid indè?
quid indè?
quid indè?
quid indè?
quid indè?
Omnia

Omnia peiori redierunt sorte;
Annonæ gravitas impendet dira;
Tartarus & sævus nos cingunt Turca;
IVBILADAT ROMÆ ROMANVS PAPA;
Adsit Christus, & in celum nos auferat indè.

quid indè?

quid indè?

quid indè?

quid indè?

AD DN. IOANNEM GEORGIVM
HOCHSTATERVM, P. L. AMICVM
suum præcipuum.

A *Nnua quo celebras teneri cunabula Christi,*
Dulce magis nihil est carmine, lane, tuo,
Non movet humanas tantùm dulcedine Mentis,
Allicit æternos & tua Musa Deos;
Excute furtivos culti Nasonis amores,
Quanta est illius gratia, tanta tua est,
Excute lascivi iuvenilia furtiva Tibulli,
Vix par est, dices, versibus ille meis.
Quale facit docti cultissima Musa Propertii
Tale sonat carmen, culte Poeta, tuum:
Hoc est Cæsarei donari nomine Vatis,
Vno te nemo dignius illud habet.
Plura rudimentis crescentibus adde Camœnis,
Maxima Pieridum gloria solus eris.

Ieremias Heuberus Franc.

Ad eundem.

A *Ntea cum caneres HEROAS laude potentes,*
EGREGIOSq; viros, CONSOCIOSq; tuos,

HOCHSTA

HOCHSTATERE, tuum scandit sublimia nomen
Sidera, ceu testis splendida Laurus erit.
Dum canis è purâ prognatum Virgine Christum,
(Dignum opus ingenio, culte poeta, tuo!)
Sidera vicisti, ac alto super axe locatus
Dignus laude meas, ALTIUS IRE nequis.
Cesses; axe super, qui stat, satis occupat altum
Ille locum; cesses, nominis omen habes.

Iohannes Vucichselius
Palatin.

IOANNES GEORGIUS HOCHSTAT
TERVS FRANCVS P. L.

ἀναγρᾶματι τοῦ Δ. (adsumatur d.)

HONOR GREGIS FAC SIS, ET CHORVS
NVTV, EN ADSTA

I Ane, GREGIS FAC HONOR SIS ET CHORVS; omnia
Pendere à Charitum, docte Poeta, vides. (NVTV
Carmine dum celebras Christi præsepia, Musæ
Fronte tibi faciles prosperiore micant.
Felici nimium prognatos sidere versus
Queis tam facundo contigit ore canis;
EN studiis ADSTA, seruiq; fideliter ipsis,
Tunc maior dulci profluet ore lepos.

F. Christianus Rauppesius
Kittingensi Franc.

Ad

Ad Eundem!

Qui numeros istos leget, ingeniose GEORGI,
In te Nasonis credet inesse animam!
Et certò credet, quoniam tua culta Thalia
Certabit Lauri vincere, lane, decus.

Isaac Gregorius S.S!



E. Christianus Rappelinus
Kütingen/Brand.

A 2490

ULB Halle
003 485 986


3



sb

kom








B.I.G.

Farbkarte #13



IESV CHRISTI
DEI ET MARIAE
FILII

Genethlia

decantata

IOHANNE GEORGIO HOCHSTATERO,
Kittingensi Franc. Poeta Laureato.

VVITEBERGÆ,

Typis M. Iohannis Cratonis.

ANNO D. MC.